

1310 : THE WILL OF MAFFEO POLO SENIOR ≠ MARCO POLO
 caritates in contracta sancti Johannis crisostomi Item dimitto monasterio sancti
 mathye de heremitis de murano libras den. ven. decem pro missis celebrandis &
 oracionibus faciendis pro anima mea & meorum defunctorum Item dimitto scole
 sancti mathye de murano libras Candellarum septuaginta ab octo pro libra Item
 dimitto scole sancte marie de murano(?) libras Candelarum quinquaginta ab octo
 pro libra Item dimitto monasterio sancti laurenci de veneciis ubi uolo sepelli
 soldos den. ven. viginti grossorum Item dimitto monasterio sancte marie de ualuerde
 de maiurbio libras den. ven. decem Item dimitto monasterio sancte Catarine de
 maiurbio libras den. ven. quadraginta & insuper dimitto monialibus dicti monasterii
 sancte Catarine libras den. ven. decem inter eas diuidendas ut ipse teneantur
 rogare dominum pro anima mea & meorum defunctorum Item dimitto libras
 den. ven. decem diuidendas inter moniales monasterii sancti mathei de murano
 ut ipse teneantur orare dominum pro anima mea & meorum defunctorum Item
 dimitto sororibus Juliane & Clare filiabus anime mee sancte Catarine de maiurbio
 libras den. ven. quadrigentas de meis imprestitis factis(?) comuni veneciarum
 tali quidem ordine & condicione quod totum prode quod de ipsis imprestitis
 recipietur seu Capitali(?) quod de ipsis redderetur dentur eisdem sororibus Juliane
 & Clare equaliter inter eas per commissarios meos in earum propria utilitate donec
 uixerint Et si aliqua ipsarum obiret pars morientis deueniat in superuiuentem donec
 uixerit post mortem uero ambarum ipsarum uolo quod totum illud residuum quod
 tunc de predictis imprestitis reperietur debeat deuenire in heredes suprascripti
 marci paulo nepotis mei tam masculos quam feminas Item dimitto suprascripto
 marco paulo nepoti meo libras den. ven. mille sexcentas de meis imprestitis Item
 dimitto Nicolao paulo nepoti meo libras den. ven. mille de meis imprestitis tali
 quidem condicione & ordine quod si accideret quod predictus Nicolaus paulo non
 bene fecisset facta sua Ita quod non posset michi uel commissariis meis reddere illas
 libras quingentas quas sibi mutuaui & eciam facere bonam racionem de illis libris
 uigintivna grossorum quas sibi dedi in coligancia secundum quod patet in vna
 manifestationis Carta quam ipse michi fecit, quod predictas libras mille de impres-
 titis quas ei dimitto deuenire debeant in marcolinum filium predicti Nicolaj paulo,
 Ita quod dicta imprestita dicto marcolino non ualeant auferi modo aliquo uel
 ingenio propter aliquod debitum factum uel faciendum tam per patrem suum quam
 eciam per se ipsum, & ipsa imprestita accuntis debitis absoluo & absoluta esse
 inteligo Ita quod dicti mei commissarii teneantur predicta imprestita defendere Ita
 quod non possit vendi obligari alienari aliquo modo uel ingenio excepto quam
 pro repromissa cuiuslibet predictorum Nicolai paulo & marcolini filii eius sed uolo
 quod predictus marcolinus seu heredes predicti Nicolai paulo possit uel possint